Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/325040

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI FRANCISCI SUERMAN,

MED. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

OSCAR VAN DEN BERG,

PADANG (SUMATRA),

AD DIEM II M. JULII ANNI MDCCCXLVII, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCXLVII.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Heredis institutio sub conditione resolutiva fieri nequit.

II.

Bona adventicia peculium non dicuntur.

III.

Per l. 19 et 22 Cod. de jure delib. minime introductum est, heredem, qui intra annum hereditatem non adierit ab ea excludi, nec probandum decursu trium mensium spatio, omnino heredi suscipiendam esse hereditatem aut excludi a jure successionis.

IV.

Propter spectra, quae in aedibus videntur non rescindi locationem, parum CHRIST. THOMASIUS probavit.

V.

Furiosus qui damnum dedit, minime obligatur.

VI.

Heredes fidejussoris non tenentur, si post mortem ejus obligatio demum exstiterit.

VII.

Venditor fundum tradere debet ex art. 1510 C. C. nec sufficit dominii translatio ex art. 671 C. C.

VIII.

Liberi naturales non agniti a matre, alimenta petere possunt.

IX.

Vindicatio rei mobilis, licet non sit furtiva vel deperdita, contra malae fidei possessorem datur.

X.

Vendendo hereditatem, heres eam nondum pure adiit.

XI.

In casu art. 733 al. 2 C. M. actio de jactu etiam competit mercium domino, cujus consensu merces in foris navis (overloop) sunt positae.

XII.

Socii sibi invicem opponere nequeunt instrumentum de societate coëunda compositum non fuisse.

XIII.

Liberatio ex art. 199 C. M. locum habet, licet praesentans in pacto remissorio sibi jura contra indossantes et acceptantem reservarit.

XIV.

Heredes foro cedentis pactum remissorum ex art. 835 C. M. offerre nequeunt.

XV.

In art. 412 C. M. impensae itineris (viaticum) non continentur indemnitate legitima.

XVI.

Qui in adulterio deprehensum occiderit, servata uxore, excusatur.

XVII.

Exceptio veritatis convicii, qualis in Codice Poen. Art. 370 legitur, ulterius est porrigenda.

XVIII.

Soluta, quae sciens nubit nupto, bigamiae poena non plectitur.

XIX.

Nulla furta morte punienda sunt.

XX.

Delicta collectiva (uti usuraria pravitas) praescripta habentur, licet ultimus actus quinquennio e. g. recentior sit, modo priores actus consuetudinem probantes, quinquennio sint anteriores.

XXI.

Laudandum est specimen C. P. novissimum in eo, quod in certamen singulare propriam poenam statuit.

XXII.

Nostram facimus sententiam D. D. V. V. *van den Broecke*, *De uitoefening der geregt. Geneeskunde in Nederland*, (1845) p. 217. «Wij houden het daarvoor, dat de oordeelvelling van geregtelijke geneeskundigen bij den regter geene meerdere kracht behoort te hebben, dan het bewijs door getuigen. Doch, waar die oordeelvelling door voldoende waarborgen gesterkt is, behoort hetzelve met het bewijs door getuigen in kracht gelijk te staan.»

1899833